

No. 31. 1324. 17. Juli.

Burggraf Albero der ältere von Leisnig eignet eine von Thammo von Oelzschau aufgelassene Wiese bei Oetzsch den Aussätzigen zu S. Johannis. Vgl. No. 29.

Nos Albero dei gratia senior burgravius de Lysnik recognoscimus universis Christi fidelibus visuris vel auditoris praesentem literam, quod pratum, quod Thammo de Olschowe a nobis in feodo habuit, situm prope Euschitz nobis libere resignavit, rogando quod idem pratum infirmis ad sanctum Johannem prope civitatem Lypzk conferremus. Nos autem petitioni suae benivole annuentes praedictum pratum infirmis eisdem ob honorem omnipotentis dei et suae matris Mariae virginis gloriosae nec non omnium sanctorum atque in remedium animarum nostrarum salutare conferimus et donamus et appropriamus iure perpetuo possidendum. In cuius rei testimonium sigillum nostrum praesentibus duximus appendendum. Datum Lysnik anno domini M^o. CCCC. XXIII. feria sexta ante diem Mariae Magdalенаe.

Nach dem Orig. im Rathsarchiv zu Leipzig mit dem beschädigten Siegel des Burggrafen an einem von der Urkunde selbst z. Thl. losgetrennten Pergamentstreifen.
(Seeburg) Nachträge z. Gesch. Leipzigs. I. S. 24.

No. 32. 1335. 22. Mai.

Bürgermeister und Rath bezeugen, dass in ihrer Gegenwart der Bürger Johannes von Mockau (Mokkowe) seiner Schwester Kunegundis Nonne im Kloster Nymtschen eine halbe Mark von einer Wiese bei Gohlis auf Lebenszeit überwiesen habe.

Nos Jo. de Luybenicz magister civium, Jo. de Pygaulia, Cirstanus de Lindinowe, Jo. de Rotowe, Jo. de Vydrisch, Her. de Stokheym, Andreas pellifex, Conr. de Acie, Petrus de Ruydenicz, Petrus Adolfi, Her. de Brandeys carnifex, Conr. de Ekehartsberge consules et cives opidi Lipczensis tenore praesentium recognoscimus publice protestantes, quod discretus et legalis vir Johannes dictus de Mokkowe noster concivis matura et bona deliberatione praehabita devotae et religiosae sorori suae Kunegundi sanctimoniali in Nymtschen coram nobis ac nostri in praesentia de suo prato in pago villae Golus^a) sito, quod inquam pratum a vulgo longum pratum dicitur, suae animae et omnium antecessorum suorum animarum in salutem mediam marcam argenti tollendam et recipiendam nomine et titulo testamenti pie et benivole ad spatium suae vitae habendam assignavit et dotavit, ita videlicet quod praefatus Johannes .. suae sorori praedictae iam recitatam mediam marcam annis singulis circa festum vel in festo Michahelis per se donabit et praesentabit, si autem saepedictum Johannem ab hoc saeculo migrare contingeret quod absit, sui heredes modo simili recitatam mediam marcam ipsi Kunegundi super praefixo termino ut praemissum est omni semoto impedimento erogabunt. Praeterea cum praenarrata Kunegundis viam

a) Gohlis, Par. Eutritzsch.